



De origine et officiis hominum  
Debet

# JESU FAVENTE !

**I E S U I N O M E N  
P R O N U N C I A T U M  
G E N U I F L E X I O N E C A P I T I S Q V E D E N U -  
D A T I O N E H O N O R A N D U M**

## probabit

# ORATIO VALEDICTORIA,

In  
SCHOLA ALTENBURGENSI

*IV. Eid. Apr. A. ch bc LXXVI.*

habenda,  
*ad quam audiendam ut confluant JESU æstimatores  
submisse, officiose ac peramanter  
rogat*

<sup>Toga</sup>  
**M. PAULUS MARTINUS SAGITTARIUS,**  
**RECTOR.**

**Altenburgi, apud Gothofredum Richterum,  
Typographum Ducalem.**

Gratiam & pacem

J E S U !

L. B.

**J**ESU nomen lucet prædicatum, pascit  
recogitatum, invocatum lenit & un-  
git. Nomen Iesu est cibus. An non toties  
confortaris, quoties recordaris? Quid  
equem mentem cogitantis impinguat?  
Quid ita exercitatos reparat sensus, virtutes ro-  
borat, vegetat mores bonos atque honestos, castas  
fovet affectiones? Aridus est omnis animæ cibus, si  
non oleo isto infunditur: insipidus, si non hoc sale cō-  
ditur. Si scribas, non sapit mihi, nisi legero ibi Iesum:  
si disputes aut conferas, non sapit mihi, nisi sonuerit  
ibi Iesus. Iesus mel in ore, in aure melos, in corde  
jubilus. His verbis Bernhardi, Abbatis Clare-  
vallenfis, serm. xv. in Cantic. Cantic. f. 600. ex-  
tantibus, pagellas hasce felici omine auspicor,  
sanctissimum JESU nomen consideratus, quod  
nihil habet otiosum, imo ne apicem quidem non  
dignum investigatione, non dignum attentione, non  
dignum voce, iudicio Erasmi vere eequalis in En-  
chir. Mil. Christ. p. 21. Considerabo autem ra-  
tione originis, efficacie atque cultus, quantum  
chartæ permittet angustia.

Qui vocum notationem sollicitius investi-  
gant, non unam vocabulo JESU tribuunt ori-  
ginem. Ebraeam quamplurimi eruditorum af-  
signant, quos tamen in diversas scindi partes vide-  
as.

as. Paulus *Burgensis* in c.3. Exodi, Joh. *Reuchlinus* l. III. de verbo mirifico, Seb. *Castalio* not. ad Matth. I. Alphons. *Mendoza*, qv. 10. Qvodlib. Andr. *Osiander*, not. in Harm. Evangel. Joh. *Silicens*, l. de nomine Jesu, *Caravaialius* tr. de nomine Jesu, Joh. Anton. *Velazquez* T. 1. annot. in Ep. ad Philipp. II. 9. f. 416. aliiq; ex nomine Dei tetragramato יְהָוָה deducunt, qvod antea αὐτὸν effabile fuit redditum inserta literā dentali ו indicante, Jesum ad nomen illud articulate proferendum dentes nobis attulisse, aut instar DEI Servatoris super vulnus humani generis benignissimè & opportunitissimè suisse appositum juxta lusum *Vazquez* il. c. qvanquam *Castalio* literam ו ex voce ו, & *Osiander* ex יְהָוָה desumptam arbitrentur. Sed, qvo minus his accedam, literarum in יְהָוָה & ו diversitas, diversa item origo & varia significatio svadere videntur. Namque יְהָוָה rad. יְהָוָה fuit, non יְהָוָה pernicies, ut Hier. *Oleastro* in Gen. II. placet, descendens essentiam divinam tribus personis communem denotat: ast וַיְהִי וְאֶלְעָזָר alteram tantum Divinitatis personam. Adhaec, וְאֶלְעָזָר וְאֶלְעָזָר, an nomen יְהָוָה unquam fuerit αὐτὸν φωνητον. Pronunciatum sanè suisse, prolixè probant Sixtinus *Amama*, Joh. *Buxtorf.* & Theod. *Hacksp.* in diss. de nomine DEI tetragram. Nomē a. יְהָוָה *Reuchlin*. cū וְאֶלְעָזָר essentia, alii cuim וְאֶלְעָזָר salus, nōnulli deniq; cū וְאֶלְעָזָר vir, compositū volunt. Pluribus hoc expedierunt Petrus *Galatin* l. III. Cath. verit. c. 20. Ang. *Cannin*. in not. ad obscura loca N. T. & *Salmeron* l.

III. Hist. Evang. tr. 37. Propius verò metam feriunt, qvi à rad. <sup>υ</sup> salvavit nomen *JESU* derivant. His enim favet ipse Spiritus S. verbo Græco σωσει. Matth. I. 21. Simeon item *JESUM* <sup>σωτηραν</sup> appellans & officium Christi omnes homines salvandi. Nec contrarius est *Augustini* lusus, qvo I. XVIII. de C.D.c.23. JESUS nominatur *Iχθύς* i.e. Ἰησος χειρος γενεσις σωτηρ : *JESUS Christus Filius DEI Salvator*, non servator, prout *Beza* & *Castalio* <sup>τὸν σωτῆρα</sup> vertunt, rejecta voce Salvatoris, ut minus Latinā. Huc & pertinent alii piorum lusus : *In Eo Salus Unicè Sita*; *In Eo Solo Venit Salus*: *Ich Erlöse Sünder Und Sünderin*: *In Einem Stehet Unsre Seligkeit*. Conf. Mart. *Chemnitius* Harm. Evang. f. 87. *Flacius* in clavi Scr. part. 2. tr. 6. Joh. *Gerhard.* in Exeg. Lc. f. 1120. & Salom. *Glassius* in Onomat. Melsiae.

Alii ex *Syria* petunt natales ; vocemqve *JESU* ab <sup>אֵל</sup> sanavit derivant. Sed quid causæ , qvod ad aliam confugias lingvam , cum Ebræa omnium matrix radicem, ut jam dictum, suppeditet. Non nulli ex *Arabia* hujus nominis ortum accersunt, & quidem Petrus *Kirstenius* not. in vit. Evang. a. <sup>אֵל</sup> & <sup>יְהוָה</sup> receptio clamoris : *Beidavius* verò Alcorani Commentator <sup>שׁ</sup> fuscus deducunt, ut testatur *Hottingerus* Hist. Orient. p. 104. Longius adhuc abeunt *Cyrillus* Catech. 10. *Egesippus*, *Eusebius*, *Basilius* in Asceticis, *Epiphanius* hær. 29. & *Moscopolus* Graciām pro patria allegantes ; Nomen enim <sup>Ιησος</sup>, qvod in quatuor Evangelistarum monumentis 739. & in reliquis N. T. scriptis 319. occur-

currit, à Græco *iāw* sano, *a. in*, mutato, descendere opinantur, ut Jesus idem sit ac *Medicus*, nempe corporum *Medicus*, animorum *curator*, cæcorum sensilium *sanator*, mentium *illuminator*, claudorum *curator* & peccatorum dux ad pænitentiam, ut loquitur *Cyrillus* l.c.

Nunc ad efficaciam nominis JEsu devenio, qvod cæcis dedit visum, auditum surdis, claudis cursum, sermonem mutis, vitam mortuis, totamq; diaboli potestatem virtus hujus nominis effugavit, verbis Petri Chrysologis serm. 144. Chartæ verò spatium prius me deficeret, qyām eorum copia, qvæ hujus nominis virtute peracta leguntur. Abunde eadem exposuerunt Jacob. *Gretserus* l. IV. de cruce c. 48. Laur. *Surius* T. IV. V. & VI. vit. Sanctor. Martinus *Detrio* disqvis. Mag. l. II. qv. 16. l. III. part. l. q. 7. & l. VI. c. 2. sect. 3. qv. 3. necnon B. Josephus *Clauderus*, de Schola Ecclesiaq; nostra præclare meritus in orat. elegant. de dulcissimi nominis JEsu dignitate ac utilitate, in qua litera canina R. nullibi comparet. Vel unicus ille libellus, cuius tit. Geistliches Balsam-Buchsel / oder ein kleines Hand-Büchlein von der Krafft des süßen Nahmens JESU / à Societate Annunciatæ in domo professa Societatis JEsu Vienæ 1639. editus, desiderium satis superq; explebit; Multis siquidem exemplis confirmat, dulcissimum JEsu nomen contra Satanam, Magos, venenum, serpentes, mortem, peccatum, animæq; perniciem, suas excruisse vires.

Tandem de cultu nominis JEsu quædam veni-

unt dicenda. Ephræm Syrus, Diaconus Edessæ no-  
men JESU scriptum conspiciens lacrymis rigabat, ut  
ipse testatur T. III. Op. f. 266. Radegunda, Clotarii,  
Francorum Regis, uxor ex nimio in JESUM amore  
nomen JESU capiti inussit. De Henrico Sufone, or-  
din. Prædic. Constantiæ referunt Annales ord. Præd.  
25. Jan. qvōd nomen JESU literis digiti longitudinē  
æqvantibus pectori inciderit. Qva ratione Turcæ  
JESU nomen venerentur, docuit Wilhelm. Schikar-  
dus in Tarich p. 80. 82. Porro Pontificios in colendo  
JESU nomine nimium effusos deprehendes; Prolatū  
namq; aut in tabella pictum capit is inclinatione, o-  
sculo aliisq; venerationis generibus excipiunt. Sic  
Bernardinus nomen JESU tabellæ inscriptum popu-  
lo adorandum proposuit, in quo & Papam Marti-  
num V. promulgato diplomate habuit consentien-  
tem. Qvin & ulterius processerunt, indulgentias ad-  
jiciendo; Ita Papa Iohannes xx. genua audito nomi-  
ne JESU flectenti 20. dierum indulgentias concessit.  
De qvodam Ludovic. Rege Galliæ, memorat BAC-  
KIUS in expos. Evang. p. 222. qvod qvoties dixerit,  
*benedictum sit nomen Iesu & nomen glorioſiſimæ*  
*matris illius*, triennii indulgentiā fuerit consecutus.  
ALutheronomen trahentes non tām nomen JESU,  
qvām ipsum JESU M hoc cultu externo proseqvun-  
tur, ut eo prolati poplites flectant capita que denu-  
dent. Sed qvid Calviniani? Rident nostrum morem,  
nosq; superstitiosos appellare nō dubitat, ut videre  
est in Jodoci Nahumii Conc. ad Luc. II. p. 101. ut & in  
nothigen Bericht der Heidelberger / c. io, & ii. Urgent  
au-

autem sonum duntaxat atq; syllabas in nomine Je-  
su à nobis attendi, homines in audiendâ concione  
impediri & nominato Jesu Siracide genua sæpius  
flecti. Ast, cui sanæ mētis uncia, nihil ponderis his-  
ce inesse, statim intelliget; Neq; enim veneramur  
nudum Jesu nomen nudumq; sonum, sed rem i;  
psam nomine significatam cum Bernhardo serm.  
I. de circumcis. statuentes, *Iesum non vacuum no-  
men aut inane portare, neq; in eo esse magni nomi-  
nis umbram, sed veritatem.*

Deinde genuflexione modicam exigimus genu-  
um incurvationem, non prolapsum in terram, qvi  
sæpius iteratus attentionem forte posset impedire.  
Qvod verò rudiores ad nomen Jesu Siracidæ ge-  
nua inflectant, pileosq; capitibus detrahant, errori  
iporum & ignorantiae tribuendum est, qvæ legitimi-  
mo usui nihil qvicqvam derogat, tantum abest, ut  
penitus tollat. Se ipsos ergo derideant Reformati  
suamq; gravitatem, qvam tamen, facta Principis cu-  
jusdam mentione, parum pensi habent. Si nomen  
JESU ipsistam exosum contemtumq; in terram  
ter exspuant, qvod Judæi indicato nomine Jesu fa-  
cere confieverunt, teste *Buxtorf. Synag. Jud. p. 167.*  
Perpendant secum, qvod Iuveni cuidam accidisse  
narrat *Wolffius Cent. XVI. lect. mem. f. 1088.* Ille enim  
ad pronunciationē nominis Jesu neq; se incurvan-  
do, neq; caput aperiendo debitum testans hono-  
rem, à Satana manu fuit percussus. Restant fun-  
damenta, qvibus genuflexio cum capitis apertione  
innititur. Producerem eadem, nisi a optimæ spei  
probæq; indolis Juvene JA-

JACOBO SCHMIDIO, Viri Plurimum  
Reverendi atqve Præ-Clarissimi DN. M. PAULI  
SCHMIDI, Diaconi hic locorum meritissimi,  
Adfinis & Amici honoratissimi, filio natu maximo,  
oratiunculæ inserta esse scirem; lis siqvidem ~~adu-~~  
~~adu-~~ *capitisq; denudationem pronunciato nomine*  
JESU sic vivit probatum, ut plura adducturus ipsius  
labori invidere, auctumq; agere, qvod in proverbio  
dicitur, viderer. Proinde finem scribendi facio, vobis  
Musagetæ optimi, indicasse contentus, à Jū-  
vene laudato oratiunculam cum annexo sermone  
~~enī~~ *compositam*, non ut manibus domi  
premat, sed vobis præsentibus audientibusq; ve  
hora I. pomerid. ex umbone Scholaftico habeat  
recitetq; Accedite, qvæso, dicentem benevo-  
lē audite, inqve sinum Plurimi. Reverend. Dn. Pa-  
rentis mecum effundite vota, ut filium multiplici  
doctrinā ornatum auctumq; honore non uno,  
cum Deo & die, videat, suiq; in ipso imaginem ne-  
potibus posterisq; relinqvat. Hisce sua quoq; sub-  
jicient *συγχέματα* Græco-Latino-Germanica, qvi in  
condiscipulatu cum abituriente hactenus conjun-  
ctissime vixerunt

JOH. FRIDERICUS Reil / Altenb.

JOH. CASPAR Benner / Altenb.

MICHAEL Schumann / Petersberga-Osterl.

JOH. CHRISTOPH. SAGITTARIUS, Alt.

& FRIDERICUS Schmid / Altenb.

Valete, speiq; de vobis conceptæ, qvod denuo ro-  
go, facilem date locum. P.P. Altenburgi IV. Eid.

Apr. A. cl. Ioc LXXVI.



Thi 780

ULB Halle  
002 500 698

3



5b.

KD 17

w. C.





10.  
(b) cap. II, 1.  
g. 548. cit. Henr.  
b. 2. cap. 25. p.m.  
t. quest. cap. 17.  
ollog. I. pag. 12.  
mejus. (i) Da-  
anus ap. Camer.  
. 9. & seqq. vid.  
, Dn. D. Job. O-  
m) tom. I dispp.  
tb. sanct. annot.  
V. §. 43. pag. 183.  
e. pag. 543. seqq.  
us. pag. 541. (t)  
tractat. 8. in,  
V. sect i. pag. 278.  
XXVII. (z) lib.  
. XLVII. pag 353.  
renda (cc) vid.  
m. 27. (ee) Jes.  
cap. 18. (ii) cap.  
) lib. 2. H.N. cap.  
Mag. div. cap. 5.  
. 1. pag. 13. (pp)  
verit. cap. 10. fol.  
Reg. Rom. Gotb.  
Baron. in Annal.  
is pag. 412. (uu)  
(xx) l. c. num.  
p. 24. vid. Dieter.  
g. 342. eod. cit. pag.  
is excerpta ex cap.  
) tom. 2. c. 16. (fff)  
lect. pag. 932.

**Kodak**  
LICENSED PRODUCT  
**KODAK Color Control Patches** © The Tiffen Company, 2000

Centimetres

Inches

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

(a) F  
z. & 9. (c)  
Kippingo Ins  
83. (e) in  
p. m. 503. (c)  
(h) vid. C  
lecb. annot.  
de Com. pag  
Petr. Greg. T  
leario in Ma  
Philolog. dif  
IX. pag. 541.  
(p) lib. V  
(s) vid. A  
in opusc. de j  
Joban. cit.  
(x) in App  
z. Histor. Na  
ed. Leoncl.  
Hotting. H  
XLV. 1. seq  
95. in Octa  
28. (mm  
§. 38. (oo  
in Cbron. E  
CXV. (r  
pag. 15. 16. e  
num. XI. f  
part. alter.  
28. (yy) la  
in Brew. Pa  
47. (ddd)  
XV. apud.  
in Cur